

EPILOGVS AD LECTOREM.



*E*N (Lector candidè) Primi Tomi Tribunalis sacramentalis structura :
Codicum legum omnium in altero Tomo tu expecta. Hoc quidem volumine
templum misericordie sancta Dei cum Machabao ascendes. Et si bene
attendas, cabsedat à Sacerdotibus in templo Dei reserata, conatus sum eligere
Sacerdotes sine macula, voluntatem in lege Dei habentes: qui
mundarent sancta: De illis enim dicit Dominus quia: Labia Sacerdo-
tis custodient scientiam, & legem requirunt ex ore ejus: Illos monuit Apostolus
ut resuscitent in ministerio gratiam quæ data est illis per impositionem manu-
um Presbyterii: Illis demandatum est, ut rectum iudicium suadent, & inter Lepram &
Lepram distinguant, ad hoc ut consiliarios haberet Ecclesia sicut antiquitus, & iudices
sicut prius. Demum Altare cordis reedificavi lapidibus integris veræ doctrina, ut super
altare illud sacrificium Deo offerretur Spiritus contritularis, sciens quia cor contritum
& humilitatum Deus non despiciet. Imposui & incensum sinceræ & dolorose confes-
sionis, accensis super candelabro conscientie lucernis quibus unum versum animæ templum illustra-
retur. Quod reliquum est, lapides contaminatarum opinionum in locum immundum
altero Tomo transferemus, & si qui controversi fuerint ex Altari holocaustorum rema-
nentes in monte domus, in loco apto reponemus quo ad usque veniat Propheta qui re-
sponderet de eis. Virgula etiam errorum & falsitatum qua in atriu domus Dei nata
sunt, sicut in lateis vel in montibus Deo propitio eradicaui. Omnia porro qua in hoc
Tomo sunt dicta, non tantum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sacro iudicio, sed & quorumlibet Do-
ctorum amico, & prudenti calculo sint subiecta, prout & auctor totius subiectus est.

AD MAIOREM
DEI
GLORIAM.



TRIBUNALIS SACRAMENTALIS & VISIBILIS ANIMARVM IN HAC VITA MORTALI, SACER CODEX

quo omnia peccata, omnesque casus (dissimulatis auctorum opinionibus)
fundamenta legis divinæ (prout Scripturâ sancta, traditione antiqua, decretis Sacro-Sancto-
rum Conciliorum, & Doctrina sanctorum Patrum Ecclesiæ Doctorum expli-
catur) duodecim Tractatibus reducuntur.

AUCTORE

P. F. PETRO MARCHANT,
Totius Ordinis S. Francisci, ac utriusque Provincia Flandria Fratrum Mino-
rum Recollectorum Patre perpetuo, & S. Theologiæ Lectore emerito.

Opus utilissimum & necessarium Confessariis ac Pœnitentibus;
tentatis autem & afflictiis consolatorium.

EDITIO TERTIA AVCTIOR ET CORRECTIOR.
TOMUS SECUNDUS.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
apud IOANNEM WILHELMVM FRIESSEM juniozem.
ANNO M. DC. LXXII.